

CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE

23

NOVEMBRI 1966

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

NOTITIAE

Commentarii ad nuntia
de re liturgica edenda cura

*Consilii
ad exsequendam Constitutionem
de sacra Liturgia*

«Notitiae» prodibunt semel in mense. Libenter, iudicio Directionis, nuntium dabitur Actorum, inceptuum, editionum in re liturgica, praesertim e Coetibus Episcoporum vel Commissionibus liturgicis nationalibus emanantium, si scriptorum vel periodicorum exemplar missum fuerit.

Directio: Commentarii sedem habent in Civitate Vaticana, Palazzo S. Marta, ad quam transmittenda sunt epistolae, chartulae, manuscripta, his verbis inscripta:
NOTITIAE, Città del Vaticano

*Administratio autem residet apud
Libreria Editrice Vaticana
Città del Vaticano*

Pro commentariis sunt in annum solvendae:
in Italia lit. 2.000
extra Italiam lit. 3.000 (\$ 5)
singuli fasciculi veneunt:
lit. 200 (\$ 0,35)
Pro annis praecedentibus
singula volumina: lit. 4.000 (\$ 7)
id. linteo contexta: lit. 5.000 (\$ 8,40)
singuli fasciculi lit. 400 (\$ 0,70)

★

In Italia pecunia mittenda est per
C.c.p. N. 1/16722

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

23

Vol. 2 (1966), n. 8

SUMMARIUM

Acta Summi Pontificis

Allocutio Summi Pontificis
Pauli PP. VI ad «Consilium» 297
«Contemplari» 311

Acta Consilii

Septima Sessio plenaria «Con-
silio» 312
Summarium decretorum qui-
bus deliberationes Coetuum
Episcoporum confirmantur . 314
Summarium decretorum qui-
bus confirmantur interpreta-
tiones populares Propriorum
religiosorum 321
Decreta quibus Ordo lectio-
num per ferias conceditur . 324
In nostra familia 325

Sacra Congregatio Rituum

Decretum de Communionem in
valetudinariis 327
Commentarium 328

Sacra Congregatio Concilii

De stipendio Missae conce-
lebratae 330

Actuositas Coetuum Episcoporum

Libri liturgici officiales (An-
glia-Cambria; Lusitania) . . 331

Formularia orationis fidelium

Sacra celebratio pro pace . 333
Pro die missionum 335

Ritus propositus ad inchoandum annum academicum

. 336

Documentorum explanatio

Dubia 339

Nuntia 341

Bibliographica 342

ALLOCUTIO SUMMI PONTIFICIS PAULI PP. VI AD « CONSILIUM »

Die 13 octobris 1966, Beatissimus Pater Paulus PP. VI, peculiari Audientia excepit participantes VII sessionem plenariam « Consilii ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia ».

Audientia habita est in Aula Consistorii. Aderant fere omnes ipsius « Consilii » sodales, namque 8 Em.mi Cardinales, 36 Exc.mi Archiepiscopi et Episcopi, 5 « Observatores » Communitatum ecclesialium non catholicarum, 35 Consultores, et Secretaria.

Textum allocutionis referimus linguis latina et italica.¹

Venerabiles Fratres ac dilecti Filii,

Ecce adstat Consilium ad exsequendam Constitutionem de Sacra Liturgia, quod amanter et reverenter oportet salutemus, occasione oblata plenarii eius, qui nunc agitur, Conventus; ecce revera collegium amplissimum, constans e viris gravissimis et peritissimis, qui inter se sapienter coniuncti et e variis orbis terrarum partibus oriundi, fructus proferunt studiorum et pietatis suae, ut una simul opus summi momenti perficiant, id est ut textus liturgicos Ecclesiae recognoscant, novo ordine constituent normas formasque, quibus eadem Ecclesia germani cultus divini sancta mysteria celebret, populum fidelem instituat ad iis participandum, ad preces publicas et communitatis proprias fundendas, ad vitam ducendam spiritualem, eamque impensiolem reddat et virtute sanctificatrice uberius alitam.

Magna igitur cum reverentia et magno cum animi oblectamento vos coram admittimus vobisque gratias agimus pro adventu hoc vestro, quo fit, ut persona et cogitationes Nostrae huic operi vestro praeclarissimo quodammodo socientur. Pro quo quidem opere gratias vobis persolvimus: quid enim utilius esse potest

¹ L'Osservatore Romano, 15 ottobre 1966.

Ecclesiae his ipsis temporibus, quae Concilium subsequuntur? Quid efficacius ad flammam pietatis in eius sinu suscitandam, ad promerenda auxilia Spiritus Sancti et ad vim eitribuendam, qua attrahat, erudiat, sanctificet animas?

Saepe recogitamus de labore vestro arduo et sapienti, qui pertinet ad recognoscendam sacram Liturgiam secundum mentem Concilii Oecumenici; ac videntur Nobis tria in exsequendo opere tam implicato multamque prudentiam postulante apparere. Primum munus vestrum eo spectat, ut in sacras caerimonias inquiratis, quae in Ecclesia fieri consueverunt; his recognoscendis et in aptiorem formam redigendis operam datis. Haec quidem inquisitio, licet ipsa non peculiare habeat difficultates, cum eae caerimoniae sint omnibus notae, tamen singulares animi dotes exposcit: rerum nempe sacrarum reverentiam, qua adducimur, ut eiusmodi caerimonias ab Ecclesia in cultu divino adhibitas in honore habeamus; pium quendam respectum traditionis, qua hereditas pretiosa et veneratione digna nobis est impertita; exigit intellegentiam historiae, quod attinet ad compositionem rituum, qui nunc recognoscuntur, et ad eorum veram significationem sive euchologicam sive symbolicam, et ad alia, quae sunt generis eiusdem.

Idcirco neque ante concepto proposito sine causa res mutandi neque festinatione, quasi *iconoclastarum* propria, quae impellit, ut omnia corrigantur et convertantur, haec inquisitio ducatur, sed religiosa prudentia et reverentia cum sapientia copulata. Oportet enim quaeramus id, quod est melius, potius quam id, quod est novum; in rebus autem novis ea, quae nobis referunt thesauros pietatis christianae illarum aetatum, quibus ea potissimum floruit, praeoptare volumus inventis hoc tempore a nobis inductis; at tamen hac de causa sermo Ecclesiae horum temporum non est ita reprimendus, ut quoddam « canticum novum » edere nequeat, si afflatus Spiritus Sancti ad hoc ei vires revera suppeditat (cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium* 23).

Alterum vero munus vestrum idque maximae prudentiae hoc est: perscrutatio modorum, quibus Liturgia exprimitur sive verbis vel musica vel cantu, sive gestu vel ipsa ritus actione. Quanta cum diligentia considerandi sunt fontes biblici singulorum actuum

liturgicorum, quantum studium conferendum, ut lex orandi concordet cum lege credenti, scilicet ut precatio in sua significatione servet ubertatem doctrinae et ut sermo sacer accommodetur ad rem dogmaticam, quam continet, et ad rectam dispositionem, qua iis, quae celebrantur, suus veluti gradus tribuatur: his rebus oportet eruditionem vestram impendatis, ut estis viri doctrinis dediti, ingenium vestrum, ut litterati et artifices, sed etiam ad haec applicetis oportet animos vestros amore Dei, Christi, eiusque regni accensos; animos vestros dicimus, qui, ut opinamur, mysticam effusionem in spirituali colloquio sunt experti. Hoc quippe studio, quod ex oratione, ab unoquoque vestram Deo admota et in vitae usum deducta, vim vigoremque suum intimum haurit et quod artis etiam adiumenta sibi asciscit, magnum fit peritiae vestrae experimentum; hoc ipsum operi emendationis, cui insistitis, addet, una cum arcana pulchritudinis specie, supernum donum seu *charisma* universalitatis; cui iungetur *charisma* diuturnitatis, perennis nempe cuiusdam iuventutis. Liturgia autem merito tam praestantibus donis ornatur.

Neque haec animi contentio, qua is nititur genus dicendi splendidum, sacra Liturgia sane dignum, assequi, vos sinit aliud munus humanissimum oblivisci, quod hisce temporibus in propositis eorum, qui renovandae Liturgiae student, dici potest praeponderare, munus scilicet eo pertinens, ut caerimoniae liturgicae sint planae et apertae fidelium multitudini, sive quoad facultatem eas intellegendi, sive quoad rationes, quibus exprimuntur, sive quoad executionem (cfr. Const. *Sacrosanctum Concilium* 11, 14, etc.). Hic quoque labor, quo formae et sermo sacrorum rituum aptantur ad necessitates pastorales, ad finem catecheticum cultus divini, ad institutionem spirituales et moralem fidelium, ad desiderium animae cum Deo se coniungendi, ad naturam signi sacri, qua fit, ut comprehendi possit et experiendo cognosci etiam quoad virtutem suam religiosam, quantam scientiam ex usu haustam, quantam caritatem a vobis postulat, qui estis artifices novae Liturgiae et repertores thesaurorum eius, usque adhuc abditorum; sacrae Liturgiae dicimus, in qua volumus, ut pulchritudo et simplicitas, sententiarum gravitas et perspicuitas, argumentum et brevitates, soni

ab antiquis aetatibus accepti vocesque horum temporum in novum quendam concentum apte conveniant. Praeelsum munus id efficiendi Ecclesia Dei vobismet ipsis mandavit.

Haec, Venerabiles Fratres ac dilecti filii, vobis diximus, ut ostenderemus, quanti opus, ad quod assidue incumbitis, faceremus. Animadvertimus autem id latius patere aliaque complecti officia aliasque praebere utilitates, quatenus videlicet moderamini ampla et multiformia incepta ad renovationem spectantia, quae Constitutione Concilii de sacra Liturgia sunt excitata. Vetustae et bene meritae Nostrae Sacrae Rituum Congregationis est novas formas definire ut instituta certa et obligantia, et eas, quae vigent, tueri; istius vero Consilii est advigilare hoc tempore, quo experimenta fiunt novarum rationum cultus divini, quae in singulis regionibus ecclesiasticis temptantur eoque inducuntur, corrigere devios conatus, qui hic illic possunt deprehendi, cohibere eos, qui sine permissione ad suum arbitrium agunt, quod quidem rectam disciplinam orationis publicae perturbare potest et circa ipsam doctrinam gignere errores. Itaque vestrum est pravy usus prohibere, cunctantes et obnitentes exstimulare, vires excitare, egregia incepta provehere, bene merentes laude afficere. Quod munus moderatorum hoc tempore magni momenti est, et ad id singularem in modum vos confirmamus. Scientes vero, quanta cum vigilantia, quanta cum prudentia vos idem geratis, vobis propter hoc gratiam habemus. Licet autem varietas linguarum habeatur et novitas rituum, quos studium renovationis in Liturgiam invexit, tamen nihil assumatur, quod cum auctoritate et officii onerisque conscientia ab Episcopis et ab hac Sede Apostolica non sit iuste probatum, nihil, quod cultu divino sit indignum, nihil quod manifesto sit profanum neque idoneum ad exprimendam interiorem illam sacramque vim orationis, nihil demum singulare et insolitum, quod, nedum foveat pietatem communitatis orantis ei admirationem moveat eamque perturbet, atque impediat, ne pietas traditioni inhaerens convenienter et legitime excolatur; ad hoc enim quod attinet, suaderi videtur, ut procedatur veluti per gradus secundum paedagogiae praecepta.

Non sine animi gaudio advertimus parvos sed utiles commentarios vestros, qui *Notitiae* inscribuntur, huiusmodi opus iam efficere. Quod quidem commentariolum de alia etiam re bene meretur, ob quam libenter honorem adhibemus huic Consilio; scilicet quod per totam Ecclesiam nuntia pertinentia ad liturgicam disciplinam et incepta divulgat, hoc modo studens alios movere ad aemulationem in bono exemplo praebendo, et fovere legitimam varietatem rationum, quibus Liturgia exprimitur, ac simul in primariis rebus unitatem, quam in vita liturgica Ecclesiae semper magni aestimare debemus.

Gaudemus etiam de accurato et recte disposito labore in quo Consilium versatur eo cum studio se devovendi, quod aliis in exemplum praelucet, et iis cum effectibus, qui iam sunt felices et copiosi et quos tales futuros esse licet praesagire. Ecclesia, quae post celebratum Concilium ad opus attendit, quo huius incepta compleantur ac decreta ad usum deducantur, laetatur de hoc pio ac nobili labore, quatenus pertinet sive ad fidelitatem erga praescripta Concilii, qua totus conformatur ac ducitur, sive ad magnitudinem negotiorum, quae expediuntur, sive ad celeritatem, qua opus fit, quantum eius ratio difficilis et multiplex atque necessitas perfectionis, qua res oportet absolvantur, id sinit.

Exsistunt vero nonnullae quaestiones magni ponderis, quas Purpuratus Pater Consilii Praeses significavit, et quae postulant, ut peculiari cum diligentia considerentur, etiam a Nobis. Ex quibus una musicam sacram respicit, quae studia movet multorum, sive eorum, qui Liturgiae sunt periti, sive eorum, qui musicam colunt. Haec quaestio ampla indiget lucubratione, quae sine dubio in posterum quoque fiet, prout hinc experientia pastoralis, illinc ingenium musicorum mutua ratione se attingere pergent, quod exoptamus ut benevole et fructuose agatur. Instructio, qua eiusmodi rationi inter Liturgiam et musicam intercedenti consulatur, faciliorem reddet eam concordiam et restituet — ita fore confidimus — novam quasi sociam operam, quam duae voces sublimes spiritus humani sibi invicem praebeant: oratio et ars. Conventus de Musica sacra nuper Chicagiae celebratus hanc spem Nostram confirmat. Hic autem in memoriam revocare cupimus ea, quae

Constitutio universalis Synodi *Sacrosanctum Concilium* hac de re statuit, honorem dans et Liturgiae et musicae (n. 39, 44, 112, 114, 115, 116, 120, 121), id tantum monentes indolem pastorem et communitatis propriam, qua renovatio liturgica est insignis et quam Concilium postulavit, exigere, ut musica et cantus sacer recognoscantur et perficiantur quod attinet ad eorum rationes, quibus cum actione sacrorum rituum, ut nunc esse debet, coniungantur, eandemque utrique praebere opportunitatem nova quasi merita colligendi novamque gloriam sibi comparandi in artis et religionis provincia, et ad hoc hortari, secundum illud: « Musica sacra tanto sanctior erit quanto arctius cum actione liturgica connectetur » (n. 112).

Alia quaestio, inter omnes digna in quam potissimum mentes intendantur, pertinet ad *Ordinem Missae*. Iam compertum habemus opus patratum, non ignorantes, quot disceptationes erudite ac meditate habitae eo referantur, sive circa textum praedicti *Ordinis Missae* sive circa compositionem novi libri Missalis et calendarium sacrorum sollemnium. Agitur autem de re tam gravi et momenti tam universalis, ut facere non possimus quin antea Episcopos consulamus quam ea, quae considerate sunt proposita, auctoritate Nostra approbemus.

Interea, Venerabiles Fratres et incliti cultores disciplinae liturgicae, pergite studia vestra atque labores. Semper vos erigat conscientia magnae utilitatis, quam opere vestro causae fidei offertis, cuius professio publica et sollemnis fit cultu divino et quae ex eo solacium percipit, quod singulis et societati obveniat; de utilitate loquimur, quae opere vestro accedit illi epiphaniae seu manifestationi Christi, quam Liturgia verbis, sacramentis, sacerdotio talem efficit, ut ab animis credentium quasi sensibus percipi possit, et quam in iisdem vivacem reddit; utilitatem significamus, quam Ecclesia accipit e Liturgia, seu sermone sacro, qui purus effectus, altius assurgit, et quo ea talem se praebet, qualis est, videlicet Corpus mysticum, Christo, capiti suo, iunctum, humanitas redempta et quasi amantissima Sponsa omnia dans Christo ab eoque omnia recipiens; utilitatem dicimus, quae populo Dei comparatur,

qui in Liturgia, dummodo sit perspicua, simplex, divini afflatus plena, sapientiam, pacem, unitatem, sanctificationem potest invenire: de utilitate denique tractamus, qua cunctos huius aetatis homines iuvatis, quos, blandiente humili et mirabili pulchritudine sacrae Liturgiae, quae e germanis formis elucet, vocatis ad reperiendam eximiam illam regionem amissam, quae scilicet propria est spiritus et in qua ineffabili et incomparabili modo praesens adest mysterium divinum.

Quemadmodum diximus, pergite naviter atque fidenter; et adiuvet vos persuasio vobis non deesse, immo certam esse fiduciam et benevolentiam Nostram; ac demum vos adiuvet lux, signum amoris, Christi Domini, pro quo suscepistis labores et in cuius nomine Nos, qui indigne eius personam gerimus, vobis benedicimus.

TEXTUS ITALICUS

Signori Cardinali, Venerati Fratelli e Figli carissimi,

Ecco il « Consilium ad exsequendam Constitutionem de sacra Liturgia »: dobbiamo ad esso il nostro affettuoso e riverente saluto, a causa della sua presente riunione plenaria; ecco davvero un corpo assai qualificato, composto di uomini autorevolissimi ed espertissimi, sapientemente compaginati fra loro, provenienti da varie parti del mondo e portanti i frutti dei loro studi e della loro pietà, per compiere insieme un'opera di somma importanza, qual è la revisione dei testi liturgici della Chiesa latina, e il riordinamento della norma e della forma con cui questa stessa Chiesa celebra i santi misteri dell'autentico culto divino ed educa alla loro partecipazione il popolo cristiano, alla preghiera cioè ufficiale e comunitaria e alla vita spirituale più profonda e più nutrita di santificatrice virtù. Vi accogliamo con grande riverenza e con grande compiacenza, e vi ringraziamo di questa visita, che associa la Nostra persona ed i Nostri pensieri a cotesta vostra degnissima attività. Di questa attività poi vivissimamente vi ringraziamo: che cosa può essere più utile alla Chiesa in quest'ora post-conciliare? Che

cosa più preziosa per animare la fiamma religiosa nel suo seno, per meritare l'assistenza dello Spirito Santo e conferirle potere di attrarre, formare, santificare le anime?

Noi pensiamo sovente alla vostra ardua e sapiente fatica di revisori della sacra Liturgia, secondo la mente del Concilio ecumenico; e Ci pare di scorgere i tre momenti del suo complesso e delicato svolgimento. Vostro primo ufficio è di esaminare le sacre cerimonie già in uso nella Chiesa; è alla loro revisione, alla loro riforma, che voi lavorate; e questo esame, che non offre per sé particolari difficoltà essendo a tutti note tali cerimonie, esige tuttavia particolari doti spirituali: il senso del sacro, che incute riverenza per tali cerimonie che la Chiesa adibì al culto divino; il rispetto della tradizione, dalla quale è data a Noi un'eredità preziosa e venerata; l'intelligenza storica circa la formazione dei riti oggi da rivedere ed il loro vero significato, sia eucologico, che simbolico; e così via; così che né preconetto proposito di cambiamenti ingiustificati, né fretta iconoclasta che tutto vorrebbe riformare e cambiare devono guidare tale esame, ma religiosa prudenza e intelligente rispetto; ciò ch'è meglio dobbiamo cercare piuttosto che ciò ch'è nuovo; e nel nuovo ciò che riporta a noi i tesori dei momenti più ispirati della pietà cristiana vorremmo preferire alle nostre moderne invenzioni, senza con ciò sigillare alla Chiesa d'oggi le labbra per qualche suo « cantico nuovo », se davvero il soffio dello Spirito Santo a tanto la abilita (cfr. Constit. Sacrosanctum Concilium 23).

Ed è cotesto il vostro secondo delicatissimo ufficio: lo studio dell'espressione liturgica, sia nella parola, che nella musica e nel canto, e sia nel gesto e nell'azione del rito. Quale attenzione alla sorgente biblica d'ogni atto liturgico, quale studio di concordare la « lex orandi » con la « lex credendi », di conservare cioè alla preghiera liturgica un suo ricco significato dottrinale e di proporzionare il linguaggio culturale al suo contenuto dogmatico, non che alla gerarchia dei valori celebrati, impegnano non solo la vostra erudizione di studiosi, il vostro talento di letterati e di artisti, ma la vostra anima altresì innamorata di Dio, di Cristo e del suo regno; la vostra anima esperta, Noi crediamo, alle mistiche effusioni del

colloquio spirituale. Cotesto studio, che attinge dalla preghiera personale e vissuta il suo intimo genio, e che chiama in suo aiuto i segreti dell'arte, è ciò che mette a maggior prova la vostra bravura, ed è ciò che darà alle riforme, che state elaborando, col misterioso sigillo della bellezza, il carisma, non insolito nel tempio del Signore, dell'universalità, a cui va congiunto quello della durata, quello, diciamo della giovinezza perenne: la Liturgia merita doni tanto preziosi.

Né cotesta spirituale tensione verso forme stilistiche sublimi ben degne della Liturgia fa a voi dimenticare un altro umanissimo ufficio, oggi, si può dire prevalente negli intenti della riforma liturgica; e cioè quello di rendere accessibile, nella comprensione, nell'espressione, nell'esecuzione, alla generalità dei fedeli, la cerimonia liturgica (cfr. Sac. Conc. 11, 14, etc.). Anche questo sforzo di adattamento delle forme e del linguaggio del sacro rito alle esigenze pastorali, ai fini catechetici del culto, alla formazione spirituale e morale dei fedeli, al bisogno d'unione con Dio, alla capacità del segno sacro d'essere compreso e sperimentato anche nella sua specifica virtù religiosa, quale sapienza, quale esperienza e quale carità esso domanda a voi, artefici della nuova Liturgia, e scopritori di suoi sepolti tesori, della nuova Liturgia, dove bellezza e semplicità, altezza di pensiero e chiarezza, contenuto e brevità, eco dei secoli antichi e voce dei tempi nuovi vorremmo congiunti in novella armonia! A voi la Chiesa di Dio affida questo sublime incarico!

Questo diciamo, venerati Fratelli e dilette Figli, per dimostrarvi quale estimazione Noi abbiamo del lavoro che state assiduamente compiendo; ma Ci accorgiamo ch'esso si allarga ad altri compiti e rende altri servizi, di moderatori cioè del vasto e multiforme movimento rinnovatore, a cui la Costituzione conciliare sulla sacra Liturgia ha dato origine. Spetta alla nostra vetusta benemerita sacra Congregazione dei Riti fissare in ordinamenti stabiliti ed obbliganti le nuove forme rituali e tutelare quelle vigenti; ma è funzione di cotesto « Consilium » vegliare sulla fase sperimentale delle innovazioni, che nelle singole regioni ecclesiastiche si stanno provando ed introducendo, e correggere le devia-

zioni che possono qua e là verificarsi, frenare gli arbitri non autorizzati, che possono generare disordini nella giusta disciplina della preghiera pubblica e insinuare forse errori dottrinali; così a voi tocca impedire gli abusi, stimolare i ritardatari ed i renitenti, risvegliare energie, favorire le buone iniziative, lodare i benemeriti. Anche cotesto ufficio di moderatori assume in questo momento una grande importanza; e Noi ve lo raccomandiamo in modo particolare; e sapendo con quale vigilanza e quale prudenza voi lo andate esercitando, Noi ve ne siamo obbligati. La varietà delle lingue, la novità dei riti, che il movimento rinnovatore introduce nella Liturgia, non devono ammettere nulla che non sia debitamente riconosciuto dall'autorità responsabile dei Vescovi e di questa Sede Apostolica, nulla che non sia degno del culto divino, nulla che sia manifestamente profano e inetto ad esprimere l'interiorità e la sacralità della preghiera, e nulla anche di così singolare ed insolito, che invece di favorire la devozione della comunità orante, la stupisca e la disturbi, e le impedisca l'effusione d'una sua ragionevole e legittima tradizionale religiosità: una certa pedagogica gradualità, a quest'ultimo riguardo, sembra consigliabile.

Vediamo con compiacenza che il vostro piccolo, ma prezioso bollettino « Notitiae » adempie questo compito, acquistando insieme un'altra benemerenzza, di cui volentieri diamo riconoscimento a cotesto « Consilium », quella di diffondere per tutta la Chiesa le informazioni relative al rinnovamento liturgico, mirando così a suscitare l'emulazione del buon esempio ed a favorire la giusta varietà delle espressioni liturgiche ed insieme quella fondamentale armonia, che sempre dobbiamo apprezzare nella vita liturgica della Chiesa intera.

E siamo lieti dell'ordinata ed intensa operosità, a cui il « Consilium » attende con esemplare dedizione e con risultati che già sono e si presagiscono felici e copiosi. La Chiesa, che dopo il Concilio guarda all'attività che deve compierne l'opera e metterne in esecuzione i decreti, può essere lieta di cotesta pia e nobile fatica, sia quanto allo spirito di fedeltà alle prescrizioni conciliari, che tutta la informa e la muove, sia quanto alla mole del lavoro in via di esecuzione, e sia anche quanto alla celerità, con cui il la-

voro è compiuto, per quanto la sua natura delicata e complessa e l'esigenza di perfezione, con cui dev'essere condotto a buon termine, lo consentono.

Vi sono alcune questioni di grande rilievo, a cui il Cardinale Presidente ha fatto cenno, che richiederanno particolare riflessione, anche da parte Nostra. Una di queste è quella riguardante la musica sacra, oggetto di tanto interesse, sia da parte dei liturgisti che da parte dei cultori della musica. È questione meritevole di grande studio, che si prolungherà certamente a mano a mano che l'esperienza pastorale da un lato, il genio musicale dall'altro continueranno il loro dialogo, che Noi auguriamo amichevole e fecondo. L'Istruzione, che deve disciplinare l'accordo fra liturgia e musica, faciliterà la buona intesa e ristabilirà, Noi speriamo, una nuova collaborazione fra queste due voci sublimi dello spirito umano, la preghiera e l'arte. Il recente Congresso di Musica sacra, celebrato a Chicago or non è molto, Ci conferma tale speranza. Noi teniamo qui a ricordare quanto la Costituzione conciliare « Sacrosanctum Concilium » ha stabilito in proposito, in onore sia della Liturgia che della musica (n. 39, 44, 112, 114, 115, 116, 120, 121), solo rilevando che il carattere pastorale e comunitario del rinnovamento liturgico, voluto dal Concilio, domanda alla musica e al canto sacro di rivedere e di perfezionare i suoi rapporti con lo svolgimento del sacro rito quale oggi ha da essere, e offre all'una e all'altro l'occasione e l'invito a conseguire nel campo dell'arte e della religione, nuovi meriti e nuova gloria: « Musica sacra tanto sanctor erit quanto arctius cum actione liturgica connectetur » (n. 112).

Vi e poi l'altra questione, fra tutte degna del massimo interesse, che riguarda l'« Ordo Missae ». Abbiamo già preso visione dello studio compiuto, e sappiamo quante erudite e religiose discussioni vi si connettano, sia quanto al testo di detto « Ordo Missae », sia quanto alla composizione del nuovo Messale e del calendario delle sacre celebrazioni. La cosa è di tanta gravità e di così universale importanza che pensiamo non poterCi esimere dal consultare l'Episcopato prima di convalidare con la Nostra approvazione le meditate proposte di cotesto Consilium.

Intanto procedete, venerati Fratelli e incliti cultori della scienza liturgica, nei vostri studi e nei vostri lavori. Sempre vi assista la coscienza del grande servizio che l'opera vostra rende alla causa della fede, la quale ha nel culto divino la sua professione pubblica e solenne ed il suo conforto personale e sociale; del servizio che l'opera vostra procura a quella epifania di Cristo, che la liturgia nella parola, nel sacramento, nel sacerdozio rende sensibile e viva alle anime credenti; del servizio ancora, che dalla purificazione e dalla sublimazione del suo linguaggio culturale trae la Chiesa rivelandosi in esso qual è, corpo mistico congiunto a Cristo suo capo, umanità redenta, e, come Sposa innamorata, tutto donante a Cristo, tutto da Lui ricevente; del servizio, parimente diremo, preparato per il Popolo di Dio, che nella Liturgia, quando è limpida, sobria, ispirata, trova la sua sapienza, la sua letizia, la sua pace, la sua unità, la sua santificazione; del servizio finalmente, che voi offrite al mondo contemporaneo chiamandolo, con la suggestione dell'umile e incantevole bellezza della Liturgia espressa nelle sue forme genuine, alla riscoperta d'un regno perduto, quello dello spirito, quello dell'ineffabile ed incomparabile presenza del divino mistero.

Continuate laboriosi e fidenti, diciamo; e vi assista il sapere che la Nostra fiducia e la Nostra benevolenza vi è assicurata: e finalmente vi assista la luce amorosa di quel Cristo, per cui operate, e nel cui nome Noi, indegnamente rivestiti della sua rappresentanza, di cuore tutti vi benediciamo.

Initio Audientiae, Em.mus Card. Iacobus Lercaro, « Consilii » Praeses, sensus devotionis et filialis animi totius familiae « Consilii » Beatissimo Patri expressit:

Beatissime Pater,

Laetamur admodum apud Te hodie consistere posse: laetamur gaudio filiorum, qui Patrem familiari et benevolo colloquio adeunt, gaudio, inquam, quod eo amplius augetur quod Tu, Beatissime Pater, provida et augusta

ratione, « Consilii » nostri es quasi Praeses supremus, cum eo condendo statueris ut Sanctitati Tuae operositatis nostrae fructus directe offerrentur.

Neque tacere possumus lucem quam dispositiones et voluntates Tuae nobis afferunt, aut animum ad opus prosequendum, quem sumimus cum momentum conspicimus quod Tu sacrae Liturgiae tribuis in permultis sermonibus, allocutionibus, documentis, aut suggestiones recognoscimus, quibus idem opus nostrum tam amabiliter sequeris.

Tribus tamen ex causis, Beatissime Pater, hodiernum nostrum colloquium sollemnius fit et singulare:

1. In primis quia testes sumus florentis renovationis liturgicae in Ecclesia, quae, die septima martii anni praeteriti, ad effectum adduci coepta est, nunc autem in universo orbe ulterius confirmatur. Apud Te, Beatissime Pater, convenire volumus ut Tibi fidem faceremus Ecclesiam puriores et vividiores gratiae fontes ubique invenire ex actuosa, pia, fecunda, plena sacrae Liturgiae participatione; fideles sacros ritus intensiore amore sequi atque vivere; linguae maternae usum in sacris actionibus peragendis fere ubique ipsas celebrationes efficaciores reddidisse, sacrum quod in illis continetur apertius revelasse; religionis curam apud fideles auxisse. Fere ubique clerus et fideles decoris librorum liturgicorum editionibus, iuxta normas ab Apostolica Sede datas, evulgatis, iam fruuntur.

Primum atque erumpentem animi ardorem, qui incertitudinem quandam atque turbationem suscitavit, congrua moderatio necnon serena rerum ponderatio gradatim subsecutae sunt. Commissiones enim liturgicae nationales paulatim ordinantur atque firmanth; ex earum autem inceptis magna ex parte pendent statuta atque lineamenta quae singulis in regionibus sunt necessaria ut sacrae Liturgiae instauratio genuino liturgico sensu atque pastoral consideratione procedat. At fatendum est non eas tantum Commissiones iam bene ordinatas maioribus in nationibus exstantes, sed et illas quas minores Episcoporum Coetus constituerunt, ipsis moderantibus Episcopis, opportunas atque sapientes iam dedisse normas et incepta promovisse ad utilitatem tum cleri tum fidelium.

Scimus tamen non omnia neque ubique prospere succedere; hasque, ut ita dicam, deviationes a recto tramite animum Tuum dolore atque sollicitudine afficere. Confidimus interea fore ut omnes, in patientia et in suavitate et congrua fortitudine iter invenient ad normas ab Apostolica Sede latas alacri atque filiorum animo amplectendas.

2. Secunda nostri gaudii ratio, quae praesens colloquium gratum efficit, ex data facultate provenit qua Te, Beatissime Pater, certiore reddere possumus opus nobis commissum prospero gressu iam procedere. Quaedam enim rituum recognitorum schemata in portum iam pervenerunt, indeque Sanctitas Tua indulgere voluit ut ad experimentum, determinatis

in coetibus, iam haberentur: sunt nempe schemata Ordinis Baptismi adultorum atque Ordinis Exsequiarum. Alia autem schemata, et quidem eorum maior pars, iter suum iam ex parte perfecerunt. Compositio enim Coetuum a studiis nostri « Consilii » plurimos peritos, pluresque praeterea Consulentes colligit, qui alacri animo universum frontem instaurationis liturgicae quodammodo producant: primariae enim totius instaurationis partes — veluti quae Missam, divinum Officium, Rituale respiciunt — ita inter se cohaerent, ut aequata fronte procedant oportet.

Et opus nostrum cum conspiciamus, gratias ex corde Sanctitati Tuae referre cogimur, quia ut experimenta passim fierent indulxisti: viae enim, et quidem necessariae, existunt, ut operis peracti ea quae sunt bona aut adhuc emendanda conspiciantur, ut ipsum opus exinde vivum succrescat atque perficiatur, atque successum tandem habeat cum Ecclesiae definitive tradetur.

Praeter huiusmodi opera ad generalem sacrae Liturgiae instaurationem spectantia, et alia decursu huius anni ad finem perducta sunt: duae quidem Instructiones, prior nempe quae ad cantum et musicam in liturgia pertinet, et altera mysterium eucharisticum respiciens, quae altera mox Tibi offeretur; Graduale simplex, necnon et alia « Consilio » concredita. Periodicum quoque, quod « Notitiae » inscribitur, vulgari perrexit, et constat ubique attento et grato animo illud suscipi, cum « Consilium » et Commissiones liturgicas eorumque operositatem opportune et utiliter inter se coniungat.

3. Tertia demum ratio hoc idem colloquium festivum reddit, atque in eo est quod per nostrum quoque « Consilium » Ecclesia optatas et cordi Tuo tam caras metas attingit cum vincula et cooperationem producat, quae iam, durante Concilio, cum Communitatibus ecclesialibus non catholicis iunxerat. Nunc enim primum « Consilium » suis in Coetibus quinque Observatores excepit ab eorum Communitatibus ecclesialibus delegatos. Eventum hoc nobis carum atque grave est: vitae enim et actioni Ecclesiae inseritur ad concordiam et caritatem firmandas, quae ad commune studium ducant quaestionum et nos et fratres a nobis seiunctos pariter respicientium.

Beatissime Pater,

Post tres annos quibus in opere assiduo rationem procedendi experti sumus, convenimus etiam ut hanc rationem recognosceremus. Iucundum nobis erit eas deliberationes Sanctitati Tuae praesentare, quas congruum visum est sumere ut hoc « Consilium », ad quod permulti ex orbe oculos convertunt, integras vires et alacritatem conservet.

Acceptum Tibi sit, Beatissime Pater, obsequium quod Tibi animo sincero hodie praestitimus: significatio enim est eius, quam in Te habemus, pietatis, amoris, venerationis.

Super nos autem, super opera quae nobis commisisti implenda, super vota quae Tibi aperuimus, quae nobis adiumento sit, Benedictio Tua Apostolica copiosa descendat.

« CONTEMPLARI »

*Die 30 septembris Beatissimus Pater Capitulum generale Abbatum Benedictinorum Confoederatorum peculiari Audientia excepit, quibus, inter cetera, haec verba direxit*¹:

« Contemplari, hoc est ad Deum tendere cogitando atque amando, tale opus est, quod ad omnes quodammodo pertinet; omnes enim, cum Deo preces fundunt, nobiliores animi facultates exercere debent, nempe facultates meditati et amandi. Nullo modo actus divini cultus intellegi potest, qui non secumferat necessario nisus ipsius hominis orantis; a quo nisu, ad contemplationem spectante, perperam quidam eos eximendos esse putant, qui actionem liturgicam participant, quasi actio liturgica, utpote communitaria, eximere posset fidelem a propria ponenda socia opera, haud secus ac si in canentium choro singuli cantores eximerentur a munere suam vocem cum aliorum vocibus coniungendi. Ceterum probe vobis in comperto est, quantopere sacra Liturgia postulet atque foveat illam animi contentionem, quae fidelem orantem ad contemplationem conducit; ac probe meministis verba illa Litterarum Encyclicarum *Mediator Dei*, quae semper sunt recolenda: « Tantum abest ut sacra Liturgia intimos singulorum christianorum sensus reprimat, ut eos potius idcirco refoveat atque instimulet » (*A.A.S.*, 1947, p. 567).

... Vestras potiores curas mystico quodam flagrantique studio in sacram conferatis Liturgiam, atque, post celebratam Oecumenicam Synodum, omnium primi sacros ritus atque ab iis nutritam pietatem apte componite cum statutis normis aequabiliter servandis; quam ad rem sinite ut in memoriam vestram revocemus, normas a Nobis nuper etiam impertitas per Nostras Litteras *Sacrificium laudis* quoad usum linguae latinae in Breviarii recitatione, etiam ad Monachos pertinere; quibus normis ne videamur vobis quasi novum onus imposuisse, sed potius Nobis in animo erat vetustam traditionem vestram defendere vestrumque humanum ac spirituale thesaurum tueri ».

¹ *L'Osservatore Romano*, 1 ottobre 1966.

SEPTIMA SESSIO PLENARIA « CONSILII »

Suam VII Sessionem « Consilium » celebravit in Civitate Vaticana a die 6 ad diem 14 octobris 1966, ad plura schemata examinanda et probanda, quae Coetus a studiis ab ultima Sessione, durante quarta periodo Concilii Oecumenici convocata, solerti studio paraverant, quaeque Coetus Relatorum mense maio huius anni primo consideravit, atque altera medietate mensis septembris (19 sept.-1 oct.) idest immediate ante Coetus Patrum, iterum recognoverat.


Ex 47 sodalibus, quibus nunc « Consilium » constat, 41 Coetus huius Sessionis participaverunt, inter quos Exc.mi DD. Alexander Kovacs, Episcopus Sabariensis in Hungaria, Ambrosius Lazik, Administrator Apostolicus Tirnaviensis in Cecoslovachia, et Geraldus Emmet Carter, Episcopus Londinensis in Canadia, qui prima vice « Consilii » Sessionibus adfuerunt.

Iis autem Sodalibus, qui propter infirmam valetudinem aut alia impedimenta Romam convenire non potuerunt, Em.mus Praeses hoc nuntium telegraphicum misit, nomine totius « Consilii » congregati: « Sodales Consilii ex corde Tui recordantur, fraterne salutant. Card. Lercaro ».

Responsiones vero pervenerunt, ab Exc.mo Jop: « Gratias pro benigne mihi misso nuntio telegraphico referens Eminientiae Vestrae Reverendissimae cunctisque Sodalibus Consilii meam maximam reverentiam et obsequium profiteor optimos successus laboris Consilii exoptans. Episcopus Franciscus Jop »; et ab Exc.mo Martin: « Très ému envoi message au nom des membres du Consilium offre Votre Eminence sincère gratitude assure prières pour succès réunion et amitié fraternelle très intéressé avoir résultats réunion si importante forme des vœux pour avancement cause liturgique. Evêque Martin ».

Die 13 octobris, Summus Pontifex benigne coram se admisit « Consilium » et illud est allocutum, programma laborum et ordinationem eorum quodammodo indicans. Singulos autem idem Pontifex, post suam allocutionem, amabiliter salutavit.

Singulis Coetibus, qui bis in die habiti sunt, praefuit Em.mus Card. Lercaro.





Novum in hac Sessione, et quidem magni momenti, fuit praesentia quinque Observatorum, ab eorum communitatibus ecclesialibus designatorum, qui labores « Consilii » cum gaudio et diligentia, et fraterna cooperatione in colloquiis cum Relatoribus sunt secuti. Hi Observatores sunt: Prof. Raymond George pro Consilio Oecumenico Ecclesiarum; Can. Ronald C. Jasper et Dr. Massey Hamilton Shepherd pro Communionem Anglicana; Rev. Friedrich Wilhelm Künneth, pro Foederatione mundialis Lutherana; Fr. Max Thurian, e Communitate de Taizé.

Relatores et Secretarii Coetuum a studiis, qui schematibus apparandis incubuerant, necnon et nonnulli alii e Consultoribus ab Em.mo Praeside expresse invitati, postquam Coetum ipsis destinatum per duas hebdomadas participaverant, etiam Coetibus Patrum interfuerunt.

Ordo Actorum fuit sequens:

1. De sacris Ordinibus (*P. B. Botte, O.S.B.*)
2. De Ordinibus minoribus (*P. C. Vagaggini, O.S.B.*)
3. De Calendario (*P. A. Amore, O.F.M.*)
4. De lectionibus in Missa (*P. C. Vagaggini, O.S.B.*)
5. De Baptismo parvulorum (*Prof. B. Fischer*)
6. De Matrimonio (*P. P. M. Gy, O.P.*)
7. Instructio de mysterio eucharistico (*P. C. Vagaggini, O.S.B.*)
8. De Officio divino (*Can. A. G. Martimort*)
9. De Caeremoniali Episcoporum (*Can. A. G. Martimort*)
10. De Praefationibus et orationibus (*P. P. Bruylants, O.S.B.*)
11. De Consecratione SS. Oleorum (*Mons. I. Nabuco*)
12. De laboribus « Consilii » ordinandis.

Imagines huius fasciculi

... respiciunt VII sessionem plenariam « Consilii ».

[1-2] *Beatissimus Pater inter « Consilii » Sodales et cum Em.mo Cardinali Praeside, cui artisticam editionem Evangeliorum offert, durante Audientia diei 13 octobris 1966.*

[3] *Aula sessionum in palatio Santa Marta.*

[4] *Em.mus Card. Iacobus Lercaro, « Consilii » Praeses, « Observatores » Communitatum ecclesialium non catholicarum, amabiliter salutatur, initio sessionum.*

SUMMARIUM DECRETORUM
QUIBUS DELIBERATIONES COETUUM
EPISCOPORUM CONFIRMANTUR

(a die 1 sept. ad diem 15 oct. 1966)

EUROPA

Cecoslovachia

I. Documenta: 10 oct. 1966 (Prot. n. 2724/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus Proprii Missarum dioecesium Slovachiae.

Gallia

V. Decreta particularia:

34. Baionensis (10 sept. 1966, Prot. n. 2393/66): confirmatur liber missalis *Sinduen Mezak*, lingua vasconica exaratus.

Italia

V. Decreta particularia:

58. Alexandrinae Statiellorum (26 sept. 1966, Prot. n. 2672/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

59. Aquensis (29 sept. 1966, Prot. n. 2676/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

60. Bobiensis (24 sept. 1966, Prot. n. 2678/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

61. Brixienis (14 sept. 1966, Prot. n. 815/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

62. Bugellensis (11 oct. 1966, Prot. n. 2730/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
63. Caesenatensis (9 sept. 1966, Prot. n. 2569/66), confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
64. Collensis (10 sept. 1966, Prot. n. 2100/66), confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
65. Drepanensis (26 sept. 1966, Prot. n. 2379/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
66. Ferrarensis (15 sept. 1966, Prot. n. 2120/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum archidioeceseos.
67. Fidentinae (15 sept. 1966, Prot. n. 2583/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
68. Lucerinae (18 oct. 1966, Prot. n. 2761/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
69. Montis Virginis (Abbatia Nullius): (5 sept. 1966, Prot. n. 2043/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Abbatiae.
70. Novariensis (15 sept. 1966, Prot. n. 2436/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
71. Nuscanae (23 sept. 1966, Prot. n. 2655/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
72. Placentinae (5 sept. 1966, Prot. n. 2074/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
73. Pisciensis (13 oct. 1966, Prot. n. 2609/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
74. Reatinae (14 sept. 1966, Prot. n. 2402/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
75. Rossanensis (9 sept. 1966, Prot. n. 2403/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum archidioeceseos.
76. S. Severini (8 sept. 1966, Prot. n. 2557/66), confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
77. Senensis (10 sept. 1966, Prot. n. 2538/66), confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum archidioeceseos.
78. Taurinensis (10 oct. 1966, Prot. n. 2734/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum archidioeceseos.

79. Tergestinae et Iustinopolitanae (1 oct. 1966, Prot. n. 2680/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
80. Thelesinae (22 sept. 1966, Prot. n. 2627/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
81. Thermularum (20 sept. 1966, Prot. n. 2435/66): confirmatur interpretatio italica orationis propriae Missae S. Timothei.
82. Uxentinae-S. Mariae Leucadensis (20 sept. 1966, Prot. n. 2434/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.
83. Venetiarum (Patriarchatus): (21 sept. 1966, Prot. n. 2555/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum patriarchatus.
84. Victoriensis Venetorum (14 sept. 1966, Prot. n. 2378/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum dioeceseos.

Iugoslavia

V. Decreta Particularia:

11. Iadrensis (10 oct. 1966, Prot. n. 2733/66): confirmatur interpretatio croatica Proprii Missarum archidioeceseos.

Scotia

I. Documenta: 6 sept. 1966 (Prot. n. 2098/66):

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Ordinarium Missae.
3. BREVIARIA: *The Grail breviary psalter*.

ASIA ---

Birmania

V. Decreta particularia:

4. Kentunghensis (21 sept. 1966, Prot. n. 2572/66), confirmatur interpretatio lingua shan Ordinarii Missae.

5. Myitkyinaensis ¹ (23 sept. 1966, Prot. n. 2659/66): confirmatur interpretatio lingua kachin praefationum de Ascensione Domini, de Sacratissimo Corde Iesu, de D. N. Iesu Christo Rege et de Spiritu Sancto.

Corea

- I. Documenta: 17 sept. 1966 (Prot. n. 2384/66):

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus Ordinarii Missae et praefationum a Coetu Episcoporum propositi.

India

- I. Documenta: 15 et 16 sept. 1966 (Prot. n. 2388/66 et 2604/66); 6 oct. 1966 (Prot. n. 2726/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

lingua gujarati: Textus Ordinarii Missae et praefationum.

2. RITUALIA:

lingua hindi: Textus rituum Confirmationis, Paenitentiae, Unctionis Infirmorum et partium quae in sacris Ordinibus conferendis lingua vernacula dici possunt.

V. Decreta particularia:

14. Bhagalpurenensis (22 sept. 1966, Prot. n. 2571/66): confirmatur textus rituum Hebdomadae Sanctae, lingua santali exaratus.
15. Goana et Damanensis (19 sept. 1966, Prot. n. 2385/66): confirmantur interpretationes lingua konkani librorum: *Krist-Ienneacho ani Jezuche Ap-Porgottannecho Kall*; *Prachitkalla Thann Igorjeche Sthapnnechea Dusrea Aitara Porian*; *Igorjeche Sthapnnecho Kall* (II-IV Aitar); *Devache Vakann'nnchem git vo Misachi Mba-Stuti*.

¹ In Notitiae 2 (1966) 70, Myitkyinaensis dioecesis *per errorem* posita est sub *Indonesia*, dum ad Birmaniam pertinet.

Laosia et Cambogia

I. Documenta: 11 oct. 1966 (Prot. n. 2732/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus Praefationum Missae pro Dioecesibus Galliae approbatus.

Philippinae Insulae

I. Documenta: 30 sept. 1966 (Prot. n. 2691/66); 15 oct. 1966 (Prot. n. 2698/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

- a) lingua ilokano: Aliquae formulae Ordinarii Missae noviter exaratae;
- b) lingua tagalog: Ordinarium Missae.

Thailandia

I. Documenta: 21 sept. 1966 (Prot. n. 2121/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus praefationum atque epistolarum et evangeliorum pro Communibus.

AFRICA

Malawi

I. Documenta: 13 sept. 1966 (Prot. n. 2382/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

2. RITUALIA:

- a) lingua chinyanja: Textus formulae absolutionis a Coetu Episcoporum propositus.
- b) linguis anglica, chinyanja et tumbuka: Textus benedictionis aquae ante Missam a Coetu Episcoporum propositus.

Ruanda-Burundia

I. Documenta 14 sept. 1966 (Prot. n. 1961/66 et 2428-66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

a) lingua Kinyarwandensi: Textus praefationum a Coetu Episcoporum Ruandiae propositus;

b) lingua kirundiensi: Textus epistolarum qui in libro *Amabaruwa* invenitur.

3. BREVIARIA:

b) lingua kirundiensi: Textus psalmorum qui in libro *Mazabuli* invenitur.

Uganda

V. Decreta particularia:

6. Masakaensis (12 sept. 1966, Prot. n. 2386/66): confirmatur interpretatio lingua luganda Ordinarii Missae et praefationum.

Zambia

I. Documenta: 21 oct. 1966 (Prot. n. 2752/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA:

a) lingua lozi: Textus praefationum et Proprii Missarum pro diebus dominicis et festis a dom. I Adventus ad dom. Quinquagesimae;

b) lingua bamba: Textus Proprii Communis Sanctorum.

2. RITUALIA: Formula brevis benedictionis aquae, linguis anglica, tonga, bamba, lozi, nyanja et cilenje.

AMERICA

Canadia

I. Documenta: 22 sept. 1966 (Prot. n. 2643/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus Proprii Missae B. M. Virginis a scholis.

Mexicum

I. Documenta: 28 sept. 1966 (Prot. n. 787/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

2. RITUALIA: Textus ritus distribuendi s. Communionem extra Missam, a Coetu Episcoporum propositus.

OCEANIA

Tonga et Niue Insulae (Dioecesis)

I. Documenta: 10 sept. 1966 (Prot. n. 2394/66); 5 oct. 1966 (Prot. n. 2692/66).

IV. Interpretationes populares adhibendae:

1. MISSALIA: Textus Proprii Missarum a dom. XVI ad XXIV post Pentecosten, pro festo Iesu Christi Regis et Omnium Sanctorum, et pro Commemoratione omnium fidelium defunctorum.

2. RITUALIA: Textus ritus administrandi Viaticum et S. Communionem infirmis; Unctionis infirmorum et benedictionis apostolicae in articulo mortis, et exsequiarum.

SUMMARIUM DECRETORUM
QUIBUS CONFIRMANTUR INTERPRETATIONES POPULARES
PROPRIORUM RELIGIOSORUM

(a die 1 sept. ad 15 oct. 1966)

Congregatio SS.mi Salvatoris Lateranensis

HISPANIA

2. Die 15 oct. 1966 (Prot. n. 2723/66): confirmatur interpretatio hispanica et vasconica Proprii Missarum Ordinis.

Congregatio Beuronensis O.S.B.

REGIONES LINGVAE GERMANICAE

1. Die 5 oct. 1966 (Prot. n. 2697/66): confirmatur interpretatio germanica Proprii Missarum Congregationis.

Congregatio Sublacensis O.S.B.

BELGIUM

2. Die 5 oct. 1966 (Prot. n. 2638/66): confirmatur interpretatio flandrica Proprii Missarum Manasteriorum de Affligem, Dendermonde et Steenbrugge.

ARGENTINA

3. Die 15 oct. 1966 (Prot. n. 2757/66): confirmatur interpretatio hispanica Proprii Missarum Monasterii divini Infantis.

Congregatio S. Adalberti O.S.B.

1. Die 5 oct. 1966 (Prot. n. 2696/66): confirmatur interpretatio croatica Proprii Missarum Ordinis S. Benedicti.

Congregatio S. Mariae Montis Oliveti O.S.B.

ITALIA

1. Die 20 sept. 1966 (Prot. n. 2381/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Congregationis.

Ordo Cisterciensium Reformatorum

GALLIA

Die 21 sept. 1966 (Prot. n. 2556/66): confirmatur interpretatio gallica lectionum Officii Cisterciensis.

Ordo Praedicatorum

AUSTRALIA ET NOVA ZELANDIA

10. Die 23 sept. 1966 (Prot. n. 2631/66): confirmatur interpretatio anglica Ordinarii et Proprii Missarum quae invenitur in libro missali *The Saint Dominic Missal*.

Ordo Fratrum Minorum

CANADIA ET CIVITATES FOEDERATAE AMERICAEE SEPTENT.

9. Die 8 sept. 1966 (Prot. n. 2052/66): confirmatur interpretatio anglica Proprii Missarum Ordinis.

GALLIA

10. Die 9 sept. 1966 (Prot. n. 2404/66): confirmatur interpretatio gallica lectionarii Missarum Propriarum Ordinis.

Ordo Fratrum Minorum Capuccinorum

PROVINCIAE LINGUAE GERMANICAE

4. Die 18 oct. 1966 (Prot. n. 2745/66): confirmatur interpretatio germanica Proprii Missarum Ordinis.

Ordo Fratrum Sancti Augustini

2. Die 7 sept. 1966 (Prot. n. 2400/66): confirmatur interpretatio anglica et melitensi Proprii Missarum Ordinis.

Ordo Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis

1. Die 17 sept. 1966 (Prot. n. 2586/66): confirmatur interpretatio italica et polona Proprii Missarum et Officiorum et interpretatio gallica Proprii Missarum Ordinis.

Congregatio SS.mi Redemptoris

ITALIA

1. Die 20 oct. 1966 (Prot. n. 2762/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum Congregationis.

Congregatio Presbyterorum a SS.mo Sacramento

3. Die 24 sept. 1966 (Prot. n. 2662/66): confirmatur interpretatio italica et lusitana Proprii Missarum et Officiorum Congregationis.

Institutum Fratrum Maristarum a scholis

1. Die 19 sept. 1966 (Prot. n. 2096/66): confirmatur interpretatio italica, gallica, anglica, lusitana et hispanica orationis propriae Missae B. Marcellini Champagnat.

Sorores adoratrices Pretiosissimi Sanguinis

1. Die 9 sept. 1966 (Prot. n. 2097/66): confirmatur interpretatio gallica, polona et croatica Proprii Missarum Instituti.

Sorores Mariae Nostrae Dominae

et

Sorores Nostrae Dominae de Namur

1. Die 7 sept. 1966 (Prot. n. 2040/66 et 2104/66): confirmatur interpretatio italica, germanica, hollandica, gallica et lusitana Missae B. Iulianae Billiart.

Sorores S. Franciscæ Romanae

ITALIA

1. Die 5 sept. 1966 (Prot. n. 2501/66): confirmatur interpretatio italica Proprii Missarum S. Franciscæ Romanae et B. M. V. de Consolatione.

Sorores discalceatae B. M. Virginis a Monte Carmelo

HISPANIA

Die 7 sept. 1966 (Prot. n. 2549/66): confirmatur interpretatio hispanica textus Missae votivae B. M. V. de Monte Carmelo.

Congregatio Sororum Sacrorum Cordium

1. Die 4 oct. 1966 (Prot. n. 2715/66): confirmatur interpretatio gallica orationum Missae B. M. Virginis Reginae Pacis.

Congregatio Sororum a SS. Sacramento

1. Die 22 sept. 1966 (Prot. n. 2399/66): confirmatur interpretatio anglica, gallica, hispanica, italica et lusitana Missae Dominae nostrae a SS.mo Sacramento.

Institutum v. « Suore cieche Figlie di Cristo Re »

1. Die 22 sept. 1966 (Prot. n. 2600/66): confirmatur interpretatio italica Officii D. N. Iesu Christi Regis.

DECRETA QUIBUS ORDO LECTIONUM PER FERIAS CONCEDITUR

ORDO EPISCOPORUM GALLIAE ¹

Helvetia (pro lingua gallica), die 23 sept. 1966 (Prot. n. 2664/66).
Laosia et Cambogia, die 11 oct. 1966 (Prot. n. 2732/66).

ORDO EPISCOPORUM GERMANIAE ²

Brasilia, die 14 oct. 1966 (Prot. n. 2756/66).³

Hungaria, die 11 oct. 1966 (Prot. n. 2750/66).⁴

¹ Nuperrime editum est: *Lectures pour les Messes de semaine*. III. Dernière semaine après la Pentecôte - Avent - Noël - Epiphanie - Semaines après l'Epiphanie jusqu'au mardi de la Quinquagésime, pp. 298, Neuilly-sur-Seine, Centre national de Pastoral liturgique, 1966.

² Adhuc apparuit: *Lecture per il tempo dopo Pentecoste*. Fasc. V, XXIII-XXVIII settimana, pp. 267-342. Lugano, Commissione liturgica, 1966. (Cfr. *Notitiae* 2 [1966] 168, 264).

³ Ordo lectionum pro Missis puerorum et puellarum.

⁴ Agitur de peculiari Ordine lectionum pro feriis temporis Adventus.

IN NOSTRA FAMILIA

LAETA

Em.mi Card. Iacobi Lercaro, LXXV anniversaria dies natalis

Die 28 octobris 1966, Em.mus Card. Iacobus Lercaro, Archiepiscopus Bononiensis et « Consilii » Praeses, LXXV annum explevit.

Haec anniversaria dies, de more, non celebratur; at quaedam rerum, temporum et personarum adiuncta eam in apertum protulerunt, ita ut ii qui laboris, munerum, caritatis vinculis cum Em.mo Purpurato Patri devinciuntur, eam silentio praeterire nequiverint.

« Consilium » eam oblivisci non potest; propterea hoc in commentario, cui committuntur laeta et tristia « familiae » nostrae, prompto signanda lapillo, dies tam iucunda honoris occupet locum: honoris immo et grati officii.

Em.mo Card. Lercaro, « Consilium », inde ab incunabulis peculiari ratione grati animi, aestimationis et affectionis ligatur. « Consilium » est realitas et symbolum: realitas in sua multifor-mi et impigra operositate; symbolum incessantis renovationis Ecclesiae sanctae, sub ductu et in spiritu Concilii Vaticani II. Hunc duplicem aspectum « Consilii » et Ecclesiae, Cardinalis Lercaro iuvenili animo participat.

Etsi enim anni multiplicantur, spiritus alacer, fervens, promptus, hilaris iuvenisque succrescit.

Quotquot « Consilii » numerantur sodales, uno corde unoque ore a Domino obsecrant ut anni adhuc multiplicentur et vires intactae servantur.

Exc.mus DD. Ioannes BLUYSEN, Episcopus tit. Aetensis et Membrum « Consilii », ad sedem Episcopalem Buscoducensem in Hollandia promotus est (*L'Osservatore Romano*, 13 ottobre 1966).

Rev.mus Mons. Florentius ROMITA, Consultor Consilii, Subsecretarius Sacrae Congregationis Concilii renunciatus est (*L'Osservatore Romano*, 24-25 ottobre 1966).

TRISTIA

La mort du Rév. Père Bruylants

Dans la nuit du mardi 18 octobre est mort subitement dans son Abbaye du Mont-César (Louvain), dom Placide Bruylants. Né le 26 avril 1913, entré au monastère en 1931 et ordonné prêtre le 26 juillet 1937, il fut envoyé à l'Université de Louvain pour y étudier la philologie. Au contact de son Abbé, dom Bernard Capelle, et de son confrère, dom Bernard Botte, il avait acquis un grand amour de la science liturgique en même temps qu'une connaissance approfondie des livres liturgiques anciens. Très tôt il se consacra à des travaux d'érudition très secs et sans éclat, mais particulièrement utiles à tous pour la recherche. C'est ainsi qu'il publia ses deux volumes si précieux sur « Les oraisons du missel romain » et la « Concordance verbale du sacramentaire léonien ». Son travail de prédilection fut toujours l'établissement d'instruments de travail utiles pour la recherche scientifique ou pastorale dans le domaine liturgique. C'est ainsi qu'il constitua un fichier de documentation liturgique remarquable, dont il avait entrepris, il y a peu, la photocopie, pour répondre aux désirs et aux besoins des centres de recherches et d'études de la liturgie. Son contact avec les sources liturgiques, particulièrement des oraisons et des préfaces anciennes, en avait fait le meilleur connaisseur, sans doute, et de leur style et de leur contenu théologique.

Depuis trois ans, le P. Bruylants était consultant du « Consilium » et rapporteur du Groupe 18 bis, auquel était confié le soin de préparer et de reviser les préfaces et les oraisons liturgiques. Il accomplit ce travail avec un amour et un zèle vraiment admirables. Le vendredi 14 octobre, il avait présenté au « Consilium » le premier rapport du Groupe en un volume de 100 pages-in folio. Dans ce choix de textes, il y a toute l'âme du P. Bruylants. Les Pères du « Consilium » ont accueilli ce travail avec un très grand intérêt. Voyant toute l'assemblée vibrer de son propre enthousiasme pour les textes splendides des Sacramentaires, le P. Bruylants était radieux de joie. Mais ce fut comme son testament spirituel donné au « Consilium », et, en toute humilité de cœur, à la sainte liturgie et à l'Eglise. Après avoir quitté Rome, il eut à peine le temps de rentrer dans sa chère Abbaye pour s'endormir dans le Seigneur « in pace cum Sanctis ».

Sacra Congregatio Rituum

DECRETUM

DE COMMUNIONE IN VALETUDINARIIS ¹

Cum hac nostra aetate frequens, immo quotidianus vigeat usus sacrae Communionis recipiendae etiam ab infirmis in valetudinariis degentibus, idque tamen, attentis et nova ratione huiusmodi institutorum aedificandorum et eorum interno regimine, non sine incommodis fiat, Sacra Rituum Congregatio, quo faciliore ac breviori modo pluribus infirmis Eucharistia ministrari valeat, praescriptiones Ritualis Romani, Tit. V, cap IV, n. 28, sequentem in modum mutari censuit, nimirum:

1. In valetudinariis, quae ex uno tantum aedificio constant, in quo oratorium exstet, Sacerdos ministrans recitet, in ipso oratorio, omnes preces ante et post infirmorum Communionem iuxta Rituale Romanum dicendas, infirmis vero singulis, in distinctis cubiculis degentibus, Eucharistiam distribuat, adhibita formula Communionis.

2. In iis vero valetudinariis, ubi plura aedium exstant membra, SS.ma Eucharistia reverenter ex oratorio deferatur et deponatur super mensa, in loco decenti et apto singularum aedium parata, et ibi, recitatis precibus ante et post infirmorum Communionem dicendis, Sacerdos distribuit Sacramentum uti supra dictum est.

Facta demum de his omnibus SS.mo Domino nostro Paulo Papae VI per infrascriptum S. R. C. Cardinalem Praefectum relatione, Sanctitas Sua praefatas mutationes ratas habuit et confirmavit, easque pro opportunitate adhibendas benigne concessit.

Contrariis non obstantibus quibuslibet.

Die 14 februarii 1966.

ARCADIUS M. Card. LARRAONA, *Praefectus*

Ferdinandus Antonelli, O. F. M., *a Secretis*

¹ AAS, 58 (1966) 525-526.

COMMENTARIUM

1. Iam anno 1929 S. C. R., vi Instructionis die 9 ianuarii latae, ritum administrandi sacram Communionem pluribus infirmis in eadem domo, sed in distinctis cubiculis, degentibus, qui ad id tempus totus in singulis cubiculis perficere debebatur, breviorum et faciliorem reddiderat.

Etenim statuerat ut hoc in casu preces ante Communionem dicerentur in primo tantum cubiculo, et in ultimo preces post Communionem; in aliis vero cubiculis dicere oportebat *Misereatur, Indulgentiam, Ecce Agnus Dei* et semel *Domine, non sum dignus*.

2. Haec autem Instructio successive inserta fuerat in Rituali Romano tit. V, cap. IV, sub n. 28.

3. Attamen spatio plus quam triginta annorum iam praeterito, nova quaedam rerum adiuncta modum communionem infirmis ministrandi adhuc magis facilem expostulabant, nempe: usus frequens immo quotidianus Communionis qui magis in die succrevit; eo accessit quod infirmi malunt valetudinis rationem habere in nosocomiis quam domi, praesertim cum hoc facile hodie reddatur multiplicibus modis ab infirmitate se tutandis exstantibus; cui rei tandem addendum est quod in valetudinariis, nosocomiis et similibus ampla conclavia locum dederunt cubiculis pro singulis, vel duobus, vel tribus infirmis.

4. Huic necessitati Sacra Congregatio Rituum sollicitè consulit vi decreti supracitati.

5. Evidenter concessio haec extenditur ad quaelibet valetudinaria, acceptione latissima, adhibitis precibus ante et post Communionem semel in singulis aedificiis, si debita reverentia servari possit. Minime vero licet preces in ecclesia recitare et deinde infirmos per domos communicare, Communionis tantum formula adhibita.

6. Si in valetudinariis, ubi plura aedium exstant membra, una vel plures aedes oratorium habent, sacerdos se gerat ut in casu in quo oratorium exstet.

7. Ubi vero non exstat oratorium, nihil prohibet quominus mensa paretur in primo cubiculo magis quam in alio loco; ibique sacerdos recitat preces ante et post Communionem.

8. Simplificatio non extenditur praescriptionibus vigentibus quoad modum deferendi Ss.mum Sacramentum. Hoc deferri debet a sacerdote





vel diacono superpelliceo et stola induto, comitantibus saltem duobus cum intorticiis seu luminibus ac campanula, altero vero, pro opportunitate, cum umbella; velum humerale non adhibetur nisi quando Ss.ma Eucharistia ex oratorio deferri debet super mensam singularum aedium parata, nisi ex iuxta et rationabili causa, Ss.mum Sacramentum ab oratorio ad mensam privatim deferatur; neque simplificatio extenditur ad ea quae iuxta rubricas parari debent super mensam in qua deponitur Ss.ma Eucharistia.

9. Ad ipsum autem ritum quod attinet, quaedam aptationes videntur faciendae, quando preces ante et post infirmorum communionem in ecclesia dicuntur. Tunc enim aspersio cum precibus introductoriiis potius est omittenda, cum in ecclesia significationem suam amittat. Item in fine videtur sufficere ut sacerdos universum ritum concludat per orationem *Domine, sancte Pater, omnipotens aeternae Deus, te fideliter deprecamur* et benedictionem, omissis iis quae, iuxta Rituale, dicenda sunt in fine processionis qua Sacramentum ad ecclesiam reportatur.

Nihil, e contra, mutandum videtur quando ab ecclesia Sacramentum ad aliud aedificium defertur, ibique ritus incipitur per aspersionem et preces introductorias ipsam comitantibus. Eodem in casu oratio *Deus, qui nobis* dicitur in ecclesia postquam Sacramentum reportatum fuerit.

10. Cum infirmis Communio hoc modo defertur, confessarii ac aegrotis addicti magis magisque officio tenentur peccatorum paenitentiam, devotionem ac reverentiam erga Ss.mum Sacramentum in eis excitandi, quibus rebus opportune providebat ille ritus cui, vi huius nostris temporibus accommodatae simplificationis, non amplius infirmi assisunt (S. F.).

De libris liturgicis lingua vulgari exaratis.

Die 5 augusti 1966 (Prot. R 55/966), Sacra Congregatio Rituum Exc.mis Praesidibus Conferentiarum Episcopalium et Commissionum liturgicarum nationalium epistolam misit qua communicabatur decretum « de editionibus librorum liturgicorum » ab eadem Sacra Congregatione, die 27 ianuarii 1966 datum, et simul dispositiones ab Administratione Bonorum Sanctae Sedis latas ad executionem n. 8, b eiusdem decreti.

Sacra Congregatio Concilii

DE STIPENDIO MISSAE CONCELEBRATAE

Ritus servandus in concelebratione Missae, n. 10, statuit singulos concelebantes stipendium legitime percipere posse ad normam iuris. Quibusdam tamen in regionibus peculiare stipendium a fidelibus offertur pro Missa in cantu celebranda. Dubium proinde movetur utrum norma a Ritu concelebrationis data etiam pro huius generis Missa valeat. Sacra autem Congregatio Concilii hanc responsionem Exc.mo Ferdinando Antonelli, Sacrae Rituum Congregationis Secretario, communicavit:

N. 105012/D

Roma, 18 aprile 1966

Eccellenza Reverendissima,

È qui pervenuta, con la pregiata lettera dell'Eccellenza Vostra Reverendissima, copia dei voti di tre Consultori riguardanti lo stipendio della Messa cantata, in caso di concelebrazione, di cui al *Ritus servandus in concelebratione Missae* del 7 marzo 1965, di cotesta Sacra Congregazione.

Al riguardo, questo Sacro Dicastero ritiene che lo stipendio, di cui sopra, spetti solo al celebrante principale e non agli altri concelebanti, poichè, salvo che non sia espressamente indicato il contrario, l'oblato che offre lo stipendio per la celebrazione della Messa cantata intende che questa sia celebrata individualmente.

Con sensi di profondo ossequio mi professo dell'Eccellenza Vostra
Rev.ma

dev.mo nel Signore
✠ PIETRO PALAZZINI
Segretario

Actuositas Coetuum Episcoporum

LIBRI LITURGICI OFFICIALES

ANGLIA-CAMBRIA

Missale romanum et anglicum¹

Editor: C. Goodliffe Neale, Birmingham and Dublin 1965.

Impressum in Belgio, typis H. Dessain, Malines.

Pars I: A prima dominica Adventus usque ad sabbatum post dominicam I Passionis.

19×25 cm., pp. 283 - [138] - 160*

CONTENTUM: Proprium de tempore a dom. prima Adventus ad sabbatum post dom. I Passionis; Tabula orationum; The prayer of the faithful; Proprium Sanctorum a die 29 novembris ad diem 17 aprilis; Commune Sanctorum; Missae de Sancta Maria in sabbato; Missae votivae; orationes diversae; Missae defunctorum; Missa pro sponsis.

Pars III: Tempus per annum post Pentecosten.

19×25 cm., pp. 108 - [306] - 97*

CONTENTUM: Proprium de tempore a festo SS.mae Trinitatis ad dom. XXIV post Pentecosten; The prayer of the faithful; Proprium sanctorum a die 5 iunii ad diem 26 novembris; Commune Sanctorum; Missa de Sancta Maria in sabbato; Missae votivae (de sanctissimo Eucharistiae Sacramento et pro Fidei propagatione).

Pars I^a: Hebdomada Sancta

Editio 1966, 19×25 cm., pp. 159-28*.

CONTENTUM: Dominica II Passionis seu in palmis; feriae II-IV Hebdomadae Sanctae; The prayer of the faithful; Extractum ex Ordine Missae; Canon Missae; Feria V in Cena Domini: de Missa Christomatis, de Missa solemni vespertina in Cena Domini; Feria VI in Passione et Morte Domini; Sabbato Sancto: de Vigilia paschali; Proprium de tempore: Dominica Resurrectionis.

¹ Cfr. *Notitiae* 1 (1965) 161.

The New Order of Holy Week

Containing the revised latin text of all the Masses and other rites for Holy Week from Palm Sunday to Easter day together with the new english version prepared under the auspices of the english national liturgical Commission.

Editor: Burns & Oates, London 1966.

Impressum in Belgio.

22×30 cm., pp. 186.

CONTENTUM: Palm Sunday; Monday in Holy Week; Tuesday in Holy Week; Wednesday in Holy Week; The Order of the Mass; Maundy Thursday: The Mass of the Lord's Supper, The Mass of the Chrism; Good Friday; Holy Saturday; Easter Sunday.

LUSITANIA

Missal Romano latino-português para domingos e festas

Editor: União Gráfica, Lisboa 1966.

19, 5×26 cm., pp. XIX-475

CONTENTUM: Ritus servandus in celebratione Missae; Próprio do tempo (a dom. I Adventus ad dominicam Pentecostes); Ordinário da Missa; Tempo depois Pentecostes (a festo SS.mae Trinitatis ad dom. XXIV post Pentecosten); Próprio do Santos; Missas do Comun votivas e de defunctos.

« In pratica noi vorremmo che ciascuno di voi raccogliesse l'invito fatto dalla Chiesa ai suoi figli con la riforma della Liturgia; riforma che praticamente consiste soprattutto nel far « partecipare » i fedeli alla celebrazione del culto divino e della preghiera ecclesiale. A quale punto si trova la vostra partecipazione? Bisogna, su questo punto, raggiungere l'unanimità, per quanto è possibile! Guai agli assenti, guai agli indifferenti, guai ai tiepidi, ai malcontenti, ai ritardatari! La vitalità della Chiesa dipende, sotto questo aspetto, dalla prontezza, dall'intelligenza, dal fervore dei singoli cristiani, ministri o semplici fedeli che siano » (Ex allocutione habita in Audientia diei 14 sept. 1966. *L'Osservatore Romano*, 25 settembre 1966).

FORMULARIA ORATIONIS FIDELIUM

Sacra celebratio pro pace.

Occasione sollemnis celebrationis Summi Pontificis ad pacem impetrandam die 4 octobris 1966, proprium formulare orationis fidelium a competente Coetu confectum est. Beatissimus Pater monitione praevia precem introduxit et oratione finali conclusit. Septem autem pueri, universam humanam familiam repraesentantes, intentiones protulerunt, propria nativa lingua, nempe italica, gallica, germanica, hispanica, polonica et vietnamensi.

Filii dilectissimi,

Sub invocatione Reginae pacis congregati, in communionem universae Ecclesiae toto orbe terrarum diffusae, omnes, una voce, suppliciter deprecemur Patrem omnium misericordiarum ut bonum pretiosissimum pacis nostris temporibus largire dignetur.

- | | |
|---|---|
| 1. Per la Santa Chiesa di Dio e per il suo Pontefice, Paolo VI: affinché la loro voce, che esorta a propositi di pace, sia fiduciosamente ascoltata dai popoli, preghiamo il Signore. | 1. Pro Ecclesia sancta Dei eiusque Pontifice Paulo: ut eorum vox ad pacis invitans consilia fidenter a populis audiatur, Dominum imploremus. |
| 2. Pour les chefs d'Etat: pour qu'ils s'emploient de toutes leurs forces à mettre un terme à la violence, prions le Seigneur. | 2. Pro iis qui publicae rei praesunt: ut violentiae progressus reprimere omni ope contendant, Dominum imploremus. |
| 3. For the rulers of nations and of armies: that they may desist from insane attempts to aggrandize their own nations and from exaggerated pride of race, Let us pray to the Lord. | 3. Pro moderatoribus nationum et exercituum: ut a vesano propriae nationis amplificandae studio et ab immoderata stirpis commendatione desistant, Dominum imploremus. |
| 4. Für die Vereinten Nationen: Dass ihr Wirken glücklichen Erfolg | 4. Pro Nationum Cunctarum Coetu: ut eius opus feliciter succedat |

haben möge zur Erlangung von Eintracht und Übereinstimmung, wir bitten dich, erhöre uns.

in concordiam et unionem gentium procurandam, Dominum imploremus.

5. Por los pueblos, familias y hombres que amargamente sufren desgracias de guerras, destrucciones, destierro, a fin de que a todos ellos sea devuelta la tranquilidad y la libertad en la alegría de la paz, roguemos al Señor.

5. Pro cunctis populis, familiis, hominibus, qui aerumnis belli, vastationum, exsilii miserabiliter affliguntur, ut ad quietem et libertatem pacis cum gaudio reducantur, Dominum imploremus.

6. Za ludzi, którzy w rozmaitych stronach świata są uciskani przez szkodliwą ideologię: aby im było dane cieszyć się w pełni wolności i pokojem religijnym, błagajmy Pana.

6. Pro hominibus qui diversis in regionibus perniciosis ideologiis premuntur: ut libertate et pace religiosa plene potiantur, Dominum imploremus.

7. Chúng ta hãy khấn cầu Thiên Chúa cho công đồng Kitô-giáo của chúng ta: Xin cho chúng ta được liên kết trong tình Bác ái tuong thân và huynh đệ, đệ không những chúng ta nêu gương mà còn gieo rắc Hoà Bình Huynh đệ cho khắp cả hoàn cầu. - Xin Chúa Nghe cho chúng con.

7. Pro nostra communitate christiana: ut mutua et fraterna caritate coniuncti, universo mundo fraternae pacis non solum exempla sed semina praebeamus, Dominum imploremus.

Oremus

Omnipotens et misericors Deus, qui sic dilexisti mundum, ut ei Filium tuum unigenitum, qui est pax nostra, benignissime, largiretis, supplicationes ac lacrimas famulorum tuorum propitius intueri, ut per Spiritum tuum veritatis et amoris, mundus totus vera tandem solidaque pace fruatur. Per eundem Christum Dominum Nostrum.

R. Amen.

Pro die Missionum

Occasione diei Missionum huius anni (23 octobris) peculiare formulare orationis fidelium propositus est in periodico Clero e Missioni, n. 8, 1966, p. 588.

Preghiamo, fratelli carissimi, Dio Padre onnipotente,
che vuole la salvezza di tutti gli uomini,
chiamandoli alla conoscenza della verità.

1. Perché la Santa Chiesa annunzi il vangelo su tutta la terra,
e la parola di Dio si diffonda, e sia accolta con fede e con amore,
preghiamo.

R. Ascoltaci, o Signore.

2. Perché il ministero apostolico del Papa Paolo VI
e di tutti i Vescovi trovi piena rispondenza nelle coscienze,
e le disponga ad operare il bene e diffondere la verità,
preghiamo.

3. Perché i governanti accolgano e facciano penetrare
i pensieri di pace e di giustizia portati dal Vangelo,
preghiamo.

4. Perché il Signore mandi operai alla Sua messe,
sostenga l'opera dei missionari,
e renda feconde le loro fatiche,
preghiamo.

5. Perché il Signore accresca nei fedeli lo spirito missionario
e li renda generosi collaboratori con la preghiera e con le opere,
preghiamo.

6. Perché le nuove Comunità cristiane siano allietate da numerosi neofiti,
dal fervore dei cristiani, dallo zelo dei catechisti e dei religiosi,
preghiamo.

[Preghiera conclusiva]

O Dio onnipotente ed eterno, che tutti salvi e non vuoi che alcuno
perisca, esaudisci le preghiere del tuo popolo; concedi al mondo la
pace secondo la tua volontà, e alla tua Chiesa la lieta fiducia di essere
esaudita. Per Cristo nostro Signore.

R. Amen.

RITUS PROPOSITUS AD INCHOANDUM ANNUM ACADEMICUM

Initio anni academici in Pontificia Universitate Urbaniana de Propaganda Fide, cum consensu Sacrae Congregationis de Seminariis et Studiorum Universitatibus, sacer ritus ad spiritum renovationis liturgicae magis conformis ad experimentum concessus est. Normas quibus hic ritus regitur eiusque structuram referre placet.

1. Missa in quantum possibile erit in cantu concelebrata, cum 12 concelebrantibus et diacono ministrante.
2. Formulae Missae desumuntur ex IV schemate libelli, cui titulus: « Missae in quarta periodo Concilii oecumenici Vaticani II celebrandae », Typis Pol. Vaticanis, 1965, cum lectionibus, quae infra habentur.
3. Post Evangelium, Em.mus Cardinalis Praefectus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide homiliam habebit; ac deinde fit professio fidei, quam omnes professores una voce proferunt.
4. Non dicitur *Credo*. Oratio fidelium fit iuxta schema infra propositum.
5. In fine Missae canitur hymnus festivus, dum omnes in pace discedunt.

Missa de Spiritu Sancto

ORATIONES

Oratio

Mentes nostras, quaesumus, Domine, Paraclitus, qui a te procedit, illuminet: et inducat in omnem, sicut tuus promisit Filius, veritatem. Qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti, Deus (*Missale Romanum*, feria IV Quatuor Temporum Pentecostes).

Oratio super oblata

Praesta, Domine, quaesumus, ut, secundum promissionem Filii tui Domini nostri Iesu Christi, Spiritus Sanctus et huius nobis sacrificii copiosius revelet arcanum et omnem propitius reseret veritatem. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti, Deus (*Sacram. Ambr.* 772).

Oratio post Communionem

Animae nostrae, quaesumus, omnipotens Deus, hoc desiderio potiantur ut a tuo Spiritu inflammentur; et, divino munere satiati, ante conspectum tuum velut clara luminaria fulgeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate eiusdem Spiritus Sancti, Deus (*Sacram. Ambr.* 71; *Gel.* 1134).

PRAEFATIO

Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine, sancte Pater, omnipotens aeternus Deus: Qui singulis quibusque temporibus aptanda dispensas, mirisque modis Ecclesiae tuae gubernacula moderaris. Virtute enim Spiritus Sancti ita eam adiuvare non desinis, ut subdito tibi semper affectu nec in tribulatione supplicare deficiat, nec inter gaudia gratias referre desistat: per Christum Dominum nostrum. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli caelorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces ut admitti iubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes: (*Sacram. Veron.* 635, 951).

LECTIONES

Epistola: Act 2, 42-47: *Erant perseverantes in doctrina apostolorum.*
Evangelium: Ioann 14, 25-31: *Spiritus vos docebit omnia.*

CANTUS SIMPLICIORES

Antiphona ad introitum: *Caritas Dei diffusa est.* Ps. 102: *Benedic anima mea Domino.*

Cantus post lectiones: Ps. 111: *Beatus vir. Alleluia.* Ps. 32: *Verbo Domini caeli firmati sunt.*

Antiphona ad offertorium: *Confirma hoc Deus.* Ps. 67: *Exurgat Deus.*

Antiphona ad communionem: *Factus est repente.* Ps. 142: *Domine, exaudi orationem meam.*

ORATIO FIDELIUM

Christum Dei filium, qui est via, veritas et vita, in hac studiorum sollemni inchoatione, suppliciter exoremus.

1. Pro immaculata Dei vivi Ecclesia, per totum orbem constituta, divinae bonitatis opulentiam deprecemur.
R. Christe, audi nos.
2. Pro Papa nostro Paulo, pro Sancti Dei magni sacerdotibus et ministris sacri altaris cunctisque Deum verum colentibus populis Dominum supplicemus.
R. Christe, audi nos.
3. Pro universis recte tractantibus verbum veritatis multiforem Verbi Dei sapientiam peculiariter obsecremus.
R. Christe, audi nos.
4. Pro unitate Ecclesiarum, pro gentium adventu ad veram fidem, pro concordia inter nationes, Dominum oremus.
R. Christe, audi nos.
5. Pro huius almae Universitatis superioribus et alumnis omnibus largitorem spiritualium munerum enixe obsecremus.
R. Christe, audi nos.
6. Pro animabus fidelium, qui in hac communitate per caritatem fraternam conversationem habuerunt, Dominum deprecemur.
R. Christe, audi nos.

Oratio

Familiae tuae, Domine, preces miseratus intende, et toto tibi corde subiectam proseguere, sustenta, circumtege; ut quae te gubernatore confidit et nullis implicetur malis, et bonis omnibus expleatur. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Documentorum explanatio

DUBIA

Solutio quae proponitur nullam induit vestem officialem. Solummodo habet valorem orientativum: solutiones enim ex officio publici iuris fient, si casus fert, a competenti Auctoritate in « Acta Apostolicae Sedis ».

AD INSTRUCTIONEM

103. UTRUM MELODIAE PRO CANTU ORDINARII MISSAE LINGUA VERNACULA A COETU EPISCOPORUM APPROBARI DEBEANT?

Resp.: In *Notitiae*, 2 (1966) 243, dicitur: « Melodiae pro cantu Ordinarii Missae non requirunt approbationem Coetuum Episcoporum ». Quibusdam tamen in casibus Conferentia Episcopalis aut Commissio liturgica sibi reservavit facultatem novas melodias etiam pro partibus Ordinarii Missae approbandi. Dubium ergo movetur cuinam res pertineat.

In n. 42 Instructionis *Inter Oecumenici* clare edicitur hanc approbationem ex parte Conferentiae Episcopalis necessariam esse tantum pro *novis* melodiis a *celebrante et a ministris canendis*. Nihil ergo de melodiis Ordinarii, idest *Kyrie, Gloria, Credo, Sanctus-Benedictus et Agnus Dei*. Pro hac parte nihil mutatur a legislatione hucusque vigente pro melodiis eorundem textuum in lingua latina, idest sufficere « *Imprimatur* » ex parte Ordinarii loci in qua textus musicus in lucem editur.

Difficile enim esset pro Conferentia Episcopali singulas compositiones musicas recognoscere, difficilius autem, ob consectaria, de singulis iudicare.

Hoc autem tempore, quo primo veniunt compositiones cum textibus vulgaribus, Conferentiae Episcopales aut Commissiones liturgicae possunt pressiore invigilantiam exercere ita ut nihil indignum aut ineptum in cultum divinum irrepat.

104. UTRUM LICEAT SACRAM COMMUNIONEM PER MENSAM ALTARIS DISTRIBUERE?

Resp.: Sensus quaesiti est utrum conveniat altari formam mensae dare ita tamen ut sacerdos, stans ad altare, fideles ad aliud latus

accedentes possit communicare, ut melius exprimatur participatio ad idem sacrificium.

Iuxta Rituale romanum (tit. V, n. II, n. IV) sacra Communio fidelibus distribuenda est extra presbyterium.

Nec recedendum videtur a more tradito iuxta quem fideles ad cancellos presbyterii sive dona offerunt sive sacram Communionem recipiunt.

AD ORDINEM MISSAE

105. UTRUM LICEAT SACERDOTI CELEBRANTI PRECES SECRETO DICENDAS SUBMISSA VOCE RECITARE?

Resp.: Convenit, saltem in magnis ecclesiis, praesertim cum frequentissimi sunt fideles, ut qui longe ab altare sistunt, vel quacumque alia ratione, altare conspiciere non valent, per microfonium sacram Actionem audire et melius participare queant.

Ita enim fit inde ab anno 1958 in Missis radiophonice transmissis, in quibus preces secreto dicendae « voce *tantisper elevata* » dicuntur (Cf. *Instructionem de musica sacra et sacra liturgia*, diei 3 sept. 1958, n. 78). Quod, iam tunc a commentatoribus praevidebatur valere etiam pro casu supra considerato (A. BUGNINI, *Liturgia viva*, Milano, 1962, p. 301).

Petitur est utrum quaedam iudicia, ideae vel considerationes, quae passim leguntur in articulo Le renouveau liturgique (Nouvelle Revue théologique 98 [1966] 807-829), praesertim circa labores « Consilii » vel suppositas eius « tendentias » veram rerum condicionem ostendant.

Secretaria « Consilii » declarat ea, quae in supradictis paginis habentur, unice auctori articuli uti ideas personales (« vues personnelles », p. 829) adscribenda esse.

* *XI Conventus Foederationis Internationalis « Pueri Cantores »*. A die 5 ad diem 9 iulii 1967 habebitur Romae XI Conventus Foederationis Internationalis « Pueri Cantores », quem Summus Pontifex benigne approbavit per litteram Secretariae Status die 12 martii 1966.

Tribus primis diebus (5, 6, 7 iulii) singuli coetus nationales Puerorum cantorum conventus religiosos et artisticos agent in diversis ecclesiis, et ita specimina praebebunt de instauratione liturgica a Concilio Vaticano II variis in regionibus promota.

Duobus ultimis diebus, conventus generales habebuntur.

Conventus ratio est « nova et vetera » in unum conferre, traditionem musicae sacrae servare et simul eam nova vi promovere ut, ad mentem Constitutionis de sacra Liturgia, ditior fiat.

In coetibus, lingua latina variabitur interpretatione populari, musica sacra classica, moderna.

Plurimi erunt concentus vocales et instrumentales inter quos eminet « Concentus Nationum »; habebitur sollemnis Ritus pro Pace, ad quem invitati sunt etiam aliqui coetus parvulorum cantorum fratrum separatorum et hebraeorum; tandem Congressus finem habebit cum sollemni Missa Pontificali in Basilica sancti Petri.

* *Novus liber cantuum et precum* pro dioecibus linguae germanicae in Helvetia novissime prodiit. Continet partes Proprii Missarum pro omnibus diebus dominicis et festis de praecepto, et insuper complures cantus pro diversis anni liturgici temporibus et pro cantu Ordinarii Missae, etiam lingua latina, psalmos et hymnos e Novo Testamento. Habentur quoque modi musici e thesauro traditionali musicae sacrae deprompti, ita ut nova et vetera perbelle componantur et diversis condicionibus et possibilitatibus ecclesiarum opportune provideatur. Tandem 30 cantus referuntur, qui etiam a communitatibus ecclesialibus non catholicis adhibentur.

* *Incepta pro unica interpretatione textuum liturgicorum*. Mensibus septembri-octobri Romae conventus habiti sunt sive Commissionis mixtae España-Celan, ad statuta et programma definienda pro labore ad unicam interpretationem faciendam textuum liturgicorum lingua hispanica, sive Coetus pro lingua anglica, « International Committee on English in the liturgy ».

Bibliographica

In hac « rubrica » elenchabimus publicationes, quae ad Redactionem mittuntur. A iudicio operum abstinebimus, salva una aliave adnotatione characteris pure editorialis. Ipsa inscriptio cuiusdam operis in hoc elencho nulum includit operis iudicium.

Assemblées du Seigneur. Catéchèse des dimanches et des fêtes. Collection dirigée par l'abbaye de St. André (Bruges) conjointement avec le grand séminaire de Lille. (Cf. *Notitiae*, n. 14, 1966, pp. 61-64).

29. *Deuxième semaine de Carême*, 1966, pp.: textes de L. A. Gignac, P. Warmoes, R. Swaeles, J. Dupont, F. Quéré-Jaulnes, R. R. Régamey, Mgr. N. Clarisse.

54. *Fête-Dieu*, 1966, 118 pp.: textes de R. Béraudy, E. Cornil, Pl. Desseille, L. Heuschen, E. Lipiński, D. Sesboüé, C. Spicq, A. Vanneste.

59. *Cinquième dimanche après la Pentecôte*, 1966, 108 pp.: textes L. Deiss, P.-M. Galopin, M. Huftier, J. Labigne, G. Leclercq, D. Perrot, B. Schwank.

80. *Fête de l'Immaculée Conception*, 1966, 90 pp.: textes de J. Alonso Díaz, M.-J. Nicolas, L. Deiss, P. Tena, M. Véricel, et une équipe sacerdotale.

88. *Fête du Christ-Roi*, 1966, 100 pp.: textes de M. E. Boismard, Ch. Duquoc, J. Gillet, P. Lamarche, J. Leclercq, Th. Suavet, R. Tournay.

89. *Fête de la Toussaint*, 1966, 108 pp.: textes de A. M. Besnard, R. Bloy, J. Comblin, J. De Vaulx, J. Gaillard, E. Jacquemin, Ph. Rouillard.

95. *Commun des vierges et des saintes femmes*, 1966, 118 pp.: textes de L. Deiss, M. Delabroye, P.-Y. Emery, A.-M. La Bonnardière, X. Léon-Dufur, M.-Ph. Schuermans, R. Tamisier.

R. BAGUET, *Conseils aux lecteurs liturgiques*, Bruges, Biblica, 1965² (col. Paroisse et Liturgie, 60), 88 pp.

La pastorale du dimanche dans le monde moderne (rapports et comptes-rendus de la session diocésaine de Metz, juillet 1963). Bruges, Biblica, 1964 (col. Paroisse et Liturgie, 61), 88 pp.

AA. VV., *Foi et sacrement*. La sacramentalisation des non-pratiquants. Bruges, Biblica, 1964 (col. Paroisse et Liturgie, 62), 124 pp.

TH. MAERTENS-M. HERBECQ, *Les oraisons du Missel de l'Assemblée chrétienne*. Textes du Temporal et Concordances. Bruges, Biblica, 1964 (col. Paroisse et Liturgie, 63), 256 pp.

TH. MAERTENS, *L'Assemblée chrétienne*. De la théologie biblique à la pastorale du xx^e siècle. Bruges, Biblica, 1964 (col. Paroisse et Liturgie, 64), 156 pp.

TH. MAERTENS-C. VAGAGGINI, *La Constitution de Vatican II sur la liturgie*, Bruges. Biblica, 1964 (col. Paroisse et Liturgie, 65), 44 pp.

A. ROSE, *Psaumes et prière chrétienne*. Essai sur la lecture de quelques psaumes dans la tradition chrétienne. Préface de Mgr L. Cerfaux. Bruges, Biblica, 1965 (col. Paroisse et Liturgie, 66), 302 pp.

J. MASSAUT, *La Paroisse*. Réflexions et expériences d'un curé. Bruges, Biblica, 1965 (col. Paroisse et Liturgie, 67), 244 pp.

R. GANTOY-TH. MAERTENS, *La nouvelle célébration liturgique et ses implications*. Bruges, Biblica, 1965 (col. Paroisse et Liturgie, 68), 156 pp.

Initiation des enfants à la liturgie dominicale par un groupe de catéchistes. Deuxième partie: Quinquagésime - 13^e dimanche après la Pentecôte. Troisième partie: 14^e-24^e dimanche après la Pentecôte. Bruges, Biblica, 1965 (col. Notre catéchèse, 12 et 13), 296 et 192 pp.

Proper of the Mass (Summit Series). Edited by R. J. Snow. World Library of sacred Music, Inc., Cincinnati, Ohio, 1966.

This series was commissioned by the Music Commission of the Diocese of Pittsburgh, U.S.A., and produced under the editorship of Robert J. Snow. It contains musical settings for the official United States English text of many of the Graduals, Alleluias and Tracts of the year, and occasionally for a few other texts, e.g. sequences. In certain cases, for example the Second Sunday in Passiontide, there are several musical settings for the same texts of the Proper.

- AA. VV., *La Madonna nel culto della Chiesa*. Brescia, Queriniana (coll. *Culmen et Fons*, 9) 1966. In-16°, 328 pp.
- AA. VV., *L'edificio sacro*. Brescia, Queriniana (coll. *Culmen et Fons*, 11), 1966. In-16°, 246 pp.
- AA. VV., *L'assemblea liturgica e i suoi attori*. Milano, Opera della Regalità di N. S. G. C. (coll. *Sussidi liturgico-pastorali*, 14), 1966. In-16°, 342 pp.
- AA. VV., *Il culto eucaristico nel rinnovamento liturgico*. Milano, Opera della Regalità di N. S. G. C. (coll. *Sussidi Liturgico-pastorali*, 15), 1966. In-16°, 222 pp.
- A la lumière du Vatican II. Doctrine et piété mariales*. (Cahiers Marials, n. 53, 15 juin 1966). In-8°, pp. 181-244.
- Communauté chrétienne à l'écoute*. Brèves homélies pour chaque dimanche de l'année. Ottawa, Fides, 1966. In-16°, 171 pp.
- Harmony and Discord*. An open forum on church music. Washington, The Liturgical Conference, 1966. In-8°, 92 pp.
- L'implantation de lieux de culte dans l'aménagement du territoire*. Paris, Les Editions du Cerf (*Rencontre*, 70), 1966. In-8°, 334 pp.
- J. LLOPIS SARRIÓ, *La sagrada Escritura fuente de inspiración de la liturgia de difuntos del antiguo rito hispánico*. Barcelona, 1965. In-8°, xiv-44 pp.
- M. NICOLAU, *Costituzione liturgica*. Roma, Edizioni Paoline, 1965. In-16°, 432 pp.
- J. PINSK, *Die sakramentale welt*. Düsseldorf, Patmos-Verlag, 1966. In-16°, 208 pp.
- M. RIGHETTI, *La Messa*. Commento storico-liturgico alla luce del Concilio Vaticano II. (*Manuale di storia liturgica*, vol. III). Milano, Ancora, 1966³. In-8°, xxiv-676 pp.
- F. SOTTOCORNOLA-L. DELLA TORRE, *La celebrazione della penitenza nella comunità cristiana*. Brescia, Queriniana (*Quaderni di Pastorale liturgica*), 1966. In-8°, 210 pp.
- Rito da concelebração da Missa e rito da Comunhão sob as duas Espécies*. S. Paulo, Edições Paulinas, 1965. In-8°, 110 pp.

LIBRERIA EDITRICE VATICANA

DOCUMENTI E SUSSIDI DI «NOTITIAE»

De oratione communi seu fidelium

1. vol. in 8°, pp. 182, L. 1.500 (\$ 2,50).

In fasciculo, parato a « Consilio », orationis communis natura, momentum ac structura describuntur et criteria indicantur ad eam parandam. Liber, secunda vice impressus, ditior factus est, 54 praebens specimina sive generalia sive pro peculiaribus temporibus et festis anni liturgici. Ad faciliorem reddendum opus interpretationis et aptationis pro Commissionibus liturgicis nationalibus quae schemata conficere debent pro propria dictione, specimina orationis communis dantur linguis latina et gallica.

Le traduzioni dei libri liturgici Atti del Congresso tenuto a Roma il 9-13 novembre 1965

1. vol. in-8°, pp. 350, L. 2.000 (\$ 3,60).

Colligit acta Conventus « de popularibus interpretationibus textuum liturgicorum », nempe: Allocutiones Summi Pontificis et Em.mi Cardinalis « Consilii » Praesidis, omnes relationes ex integro, potiores interventiones seu « communicationes », insuper omnia documenta linguam vernaculam et instaurationem liturgicam spectantia a « Consilio » data, atque novissimum Decretum de editionibus librorum liturgicorum a SRC evulgatum. Practice, hoc volumine praebentur omnia quae magnum problema de introductione linguae vernaculae in liturgia spectant, scilicet mens Apostolicae Sedis et experientia peritorum.

Canon Missae pro Concelebratione

Prima reimpressio

13×21 cm., pp. 70, L. 500 (\$ 0,90).

A pluribus concelebrantibus saepius manifestatum erat desiderium habendi parvum libellum, qui partes ab ipsis proferendas clare et commode praeberet, et qui simul impedimento non esset in exsequendis gestibus, quos ritus praecipit. Cui desiderio obvenitur per hanc editionem, quae textum Canonis Missae, idest partes quas singuli concelebrantes dicere tenentur, refert, modo valde legibili, cum omnibus rubricis a ritu ipso concelebrationis desumptis. Datur primo Canon Missae ordinarius; deinde, pro singulis festis quae unam alteramve partem propriam habent Canon repetitur ab initio usque ad has partes proprias inclusive, ita ut concelebrantes textus una simul habeant, et non debeant paginas vertere. In fine exhibetur cantus pro parte centrali.

Le Cérémonial Apostolique avant Innocent VIII

Texte du manuscrit Urbinate Latin 469 de la Bibliothèque Vaticane établi par Dom Filippo Tamburini.

Introduction par Mgr Joaquim NABUCO, Protonotaire Apostolique.

Roma, Edizioni Liturgiche (Bibliotheca « Ephemerides Liturgicae » - sectio historica, 30), 1966.

1 vol. in-8°, 58*-238 pp.

Pretium voluminis: *solutum* L. 4.500; *ligatum* L. 5.700.

Sodales atque Periti « Consilii » volumen hisce condicionibus habere poterunt: *solutum* L. 2.700; *ligatum* L. 3.900.

Studiis valde difficile est prae manibus habere editionem Caeremonialis Capellae Papalis saeculi XV, seu ante editionem a Patrizi et a Burckardo factam; difficile dicimus quia duae tantum exstant editiones: una, a cl. Gattico edita, rarissima est, altera, quae habetur in Musaeo Italico Mabillon, mendis et erroribus stipata est et difficile legitur. Hic praebetur editio, quantum possibile est, mendis expurgata et legibilis. Cognitio Caeremonialis papalis immediate ante innovationes a Patrizi et a Burckardo factas necessaria est ad liturgiam Romani Pontificis saeculi XIV vel XV cognoscendam.